

Band XI., Nr. 5282, Seite 247-248

Irmengard die Witwe Walters des Meiers Bürgers in Horb vermacht ihren Töchtern in das Kloster Kirchberg bestimmte Einkünfte in Baisingen, Tailfingen und Altingen.

Horb, 1299. Juni 5.

Ego Irmingardis relicta quondam Waltheri Villici civis in Horwe profiteor publice presentibus litteris et protestor, quod ego coram schulteto et consulis civitatis in Horwe in manifesto iudicio pure simpliciter propter deum in remedium anime mee Waltheri quondam mariti mei iam predicti ac omnium antecessorum meorum donavi filiabus meis nunc in monasterio Kirchperg existentibus vel in posterum futuris ac conventui monasterii eiusdem hos redditus hic subscriptos cum meorum heredum beneplacito et consensu et per sententias iudiciarias sententiatum fuit coram predictis schulteto et consulis, quod viva et sana possem meam hereditatem donare filiabus meis meis heredibus nolentibus et invitis. Donavi enim eisdem redditus annuos videlicet decem maltra siliginis quinque maltra tritici unum modium pise XI^I/II solidos Túwingensium denariorum quinquaginta ova unam aucam et duos pullos in bonis meis sitis in Bössingen que colit dictus Vögelin. Item dedi eisdem filiabus meis et conventui supradicto redditus qui solvunt annuatim septem modios siliginis tres modios avene sexaginta ova duos solidos Túwingensium denariorum duos pullos et unam aucam in bonis meis sitis in eadem villa Bössingen que colit dictus Stähelin. Item donavi eisdem redditus qui solvunt annuatim novem maltra siliginis et tritici per duos annos et in tertio anno octavum dimidium maltra eiusdem annone tres modios pise quinquaginta ova et unam aucam ex curia sita in Taulfingen quam colit villicus dictus maiger Hainrich Haime. Item ex eadem curia dedi eisdem sex maltra siliginis annuatim in parte dominorum in Rexingen. Item in Altingen ex curia quam colit dictus Gemich sex maltra siliginis. Tali tamen apposita condicione quod filie mee predicte utantur predictis bonis pro temporibus vite sue ad procuracionem specialem in emendationem vestium suarum et aliarum rerum eis necessariarum et post obitum earundem predicta bona serviant conventui et monasterio supradicto. Item statuo ut cum predictis bonis anniversarium quondam Waltheri mariti mei et meum annis singulis peragatur. Item statuo ne predicta bona vendantur vel obligentur nec per modum precarie ad tempus vendantur nec quocumque modo a monasterio Kilchperg alienentur sed eidem perpetuo serviant et ministrent. Testes huius facti sunt isti: frater Cünradus prior Rotwilensis, frater Philippus, frater Hainricus dictus Hude-me, frater Volmarus de Isenburg ordinis Predicatorum, dominus Cünradus

II

plebanus in Ergestingen, magister Hugo de Nüwnege, Hugo schultetus dictus Leimelin, Hainricus villicus, Waltherus filius quondam Sifridi, Hainricus dictus Gebhart, Wernherus de Althain, Berchtoldus de Ergastingen senior et iunior, Eberhardus Welker, Waltherus et Hainricus fratres dicti de Thalaham¹, Berchtoldus villicus de Svendorf², Sifridus et Albertus fratres dicti Dankolf, Berchtoldus Dankolf, Cûnradius dictus Schorpe, Hainricus dictus Búrtzing cives in Horwe et quam plures alii fide digni. In cuius rei testimonium petivi has litteras roborari sigillis nobilis domine Elizabett comitisse de Eberstain ac civium in Horwe.

Datum et actum in Horwe, anno domini MCCLXXXIX., sexta feria proxima ante festum penthecostes.

—

Nach dem Kopialbuch des Kl. Kirchberg aus dem 15. Jahrh.

¹Ober- und Untertalheim.

²Schloß Unterschwandorf.

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

War im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 161 (Kopialbuch des Kl. Kirchberg aus dem 15. Jahrh., Bd. 1), Bl. 65.

Regesten:

Mitteilungen Verein Hohenzollern, 11, 79 (lies 95).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Horb

Aussteller:

Irmengard; Witwe Walters, Meier in Horb

Ortsindex:

Altheim Wohnplatz (7453)

Altheim, Horb am Neckar, FDS

Altingen Wohnplatz (16222)

Altingen, Ammerbuch, Tü

Baisingen Wohnplatz (16161)

Baisingen, Rottenburg am Neckar, Tü

Ergenzingen Wohnplatz (16168)

Ergenzingen, Rottenburg am Neckar, Tü

Horb am Neckar Wohnplatz (7484)

Horb am Neckar, FDS

Isenburg Wohnplatz (7487)

Isenburg, Horb am Neckar, FDS

Kirchberg Wohnplatz (12729)

Kirchberg, Sulz am Neckar, RW

IV

Neuneck Wohnplatz (7442)

Neuneck, Glatten, FDS

Rexingen Wohnplatz (7504)

Rexingen, Horb am Neckar, FDS

Rottweil Wohnplatz (12416)

Rottweil, RW

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD

Schloss Unterschwandorf : Unterschwandorf, Haiterbach CW

Schloss Unterschwandorf Wohnplatz (6824)

Tailfingen Wohnplatz (109)

Tailfingen, Gäufelden, BB

Talheim : Horb am Neckar FDS

Talheim Wohnplatz (7516)

Untertalheim, Horb am Neckar, FDS